Johannis Gaubii epistola problematica, prima[-tertia], ad ... Fredericum Ruyschium ... de pilis, pinquedine, septoque scroti : nec non de papillis pyramidalibus; ut etiam de corpore reticulari, sub cuticula sito, &c.;

#### **Contributors**

Gaubius, Johannes, active 1695-1720. Ruysch, Frederik, 1638-1731.

#### **Publication/Creation**

Amstelaedami: Apud Joannem Wolters, 1696.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/d9s2t4ee

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org JOHANNIS GAUBII

# EPISTOLA

PROBLEMATICA,

PRIMA,

Ad Virum Clarissimum

FREDERICUM RUYSCHIUM

M. D. Anatomia ac Botanices Professorem.

DE

Pilis, Pinguedine, Septoque Scroti; Nec non de Papillis Pyramidalibus; ut etiam de Corpore Reticulari, sub Cuticula sito, &c.



AMSTELÆDAMI,
Apud JOANNEM WOLTERS, 1696.

# ERROBIEM AND ENDER OF THE PROPERTY OF THE PROP

THE DERIVER AND STREET OF THE STREET

a.d

as the consideration of the contract of the co

in the second second second

CA STATE OF THE PARTY OF THE PARTY.

nem -

# Nobilissime ac Præclarissime VIR.

Onfideranti, animoque subinde volutanti, quæ in publica nuper à Te, Clarissime Vir, habita Anatomices demonstratione vidi, quæ-que ex Te ipso haust, & tacite observavi, summam non tantum præbuisti mihi admirationis ansam, verum etiam, ut ca paulò exactius examinarem, ac in scientia hac tam nobili tamque excellenti nonnullos facerem progressus,

calcar mihi addidisti non exiguum. Ita omnium Spectatorum oculos & animos in Te convertisti, ut, si non cuncti, plurimi faltem & quidem Doctissimi (ubique enim & omni tempore multi dantur Thyrsigeri, pauci verò Bacchi) maximo cum applausu & approbatione demonstrationem hanc demirati fuerint. Et certè, quem non in admirationem rapuisset insolita isthæc Corporis Contemplatio, elegantissimam viventis instar præ se ferentis faciei formam, quæ floridissimo colore perfusa, & quasi ex albo rubroque mixta, verèque rosea, sine suco & fallacia cuilibet arridere videbatur?

Quod si quis accuratius mecum incorruptam illius perlustrer & perpendat conservationem, haud inficias ire poterit, nihil quicquam simile in corpore unquam fuisse tentatum atque exhibitum. Quam scite & affabre totius corporis Venz conspiciebantur integræ & illæfæ, membraque omnia flexibilia, quanquam folida & dura! prætereà Viscera, quæ aliâs, quod sidem superare videtur, corruptioni obnoxia & facile putrescere solent, Viris Principibus conspicienda præbuisti, integra, incorrupta & conspectu amœna. Ut cætera multa, rara equidem & præclara à Te exhibita, filentii velo tegam, notiora quippe, quam ego, meique similes, satis dignè illa exprimere valeam : Ac ne pluribus ambagibus has meas exiguo stylo exaratas lineas exor-A 2

nem, Teque Vir Clarissime, ut par esset, summis laudibus extollere videar, quod doctioribus & eloquentioribus, me, Viris relinquo, majorem in partem peto, ut calamo meo saveas, si rudi tantum Minervâ dixerim id, quod res est. Mirari interim noli, Vir Clarissime, quòd illotis, ut ajunt, manibus ad Te accedere, Tuaque pro tenuitate ingenii mei, quasi ad examen revocare, ac nodorum quorundam dissicultatem Tibi objicere sustineam. Quandoquidem singularis Tua erga me humanitas & benevolentia, quà ad Dissectionis Tux Anatomicx inspectionem aditum mihi patefecisti, animum mihi addit, largamque aperit januam, ut omni mihi modo persuadeam, Te siduciam hanc meam, non sinistrè interpretaturum, verum comi benignoque excepturum esse animo. Facilem proinde Te mihi præbeas, etiam atque etiam rogo.

- 1°. Ostendisti nobis, Vir Clarissime, Glandulas miliares cutaneas, partim per Cutim dispersas, partim verò sub ea consitas. Manet itaque difficultas, Vtrum Pili ex illis emergant nec ne?
- 2º. Demonstrationis quoque copiam dedisti omnibus spectatoribus, Scroti humani, peculiari & plane novo indurati artificio, tamque ritè præparati, ut varia distinctè magis in eo apparerent, quam in ulla alia corporis parte, vel in ipfo Scroto subjecti cujusdam recens defuncti. Si absque incommodo fieri potest, à Te, Vir Præstantissime, doceri desiderarem, Utrum dictum hoc Scrotum publice exhibitum, Eunuchi (qui tamen hisce regionibus rai) fuerit, an verò hominis testibus non viduati? quoniam, si benè memini, pinguedinis in totum haud erat privum; & quod tanto magis mirabar, sepimento præter suturam, in duas partes divisum mihi videbatur scrotum; Quotquot pervolvi Auctores, omnes quidem profitentur sub cute Scroti quandam Aderor dictam latere Membranam, nulla plane Membranæ adiposæ neque dicti sepimenti facta mentione. Cuncti enim uno animo convenire videntur, omni pinguedine, Testibus integris, Scrotum esse destitutum. Facile igitur excufabis, Vir Clarissime, quòd non sine ratione admiratus fuerim, cum observati jam traditi, nullam omnino mentionem factam fuisse, deprehenderem, sub cute nimirum Scroti latere Membranam Adipofam, sicuti in cæteris exterio-

terioribus corporis partibus, Pene solo excepto, verum simpliciter solummodo adverti, carnosam ad Scrotum contrahendum ac corrugandum aptam Membranam Dágrov. Inter eos, quos hac de materia evolvi Auctores, Vir Clarissimus est Veslingius, cujus hæc sunt verba: Sed enim propendentia cum Testibus vasa seminalia studiosa securitatis natura Membranoso veluti sacculo abscondere voluit, quem Scrotum appellant, in medio Lineà, tanquam suturà divisum. Non simplex tamen hujus compositio, nam & cute constat, cui cuticula sua jungitur, & Membrana Carnosa, qua tenuior hic quidem, sed cuti sirmiter annexa, quo colligere se juxta cum illa, corrugarique

facilius possit, &c. pag. 91.

Sicut & Vir Clarissimus Andreas Vesalius, qui sequentia de Scroto tradit: Testes itaque, inquit, pluribus tunicis seu involucris integuntur, aliis quidem utrique Testi communibus, aliis autem privatim singulos Testes involventibus. Cutis enim & carnosa membrana ambos Testes non secus quàm Universum corpus amplexantur, & duo illis communià statuunt, involucra: Cutis quidem unum, quod reliquà corporis cute tenuius est, & velut sutura quadam & rugis interstinguitur: ac quibusdam scrotum, quibusdam verò (qui se latinius loqui existimant) scrotum, Gracis verò o quo dicitur. Alterum autem carnosa essortam membrana, hic perinde ac Cutis, longè quàm in reliquo corpore tenuior, sed venis frequentioribus, intertexta: pag. 639.

Item Vir Clarissimus & Anatomicus Accuratissimus Spigelius, cujus hæc sunt verba. In insima sede lineam habet secundum longitudinem excurrentem, qua in dextram sinistramque partem dividitur &

sutura vocatur : cap. xvi. lib. 8.

Cùm autem planam & dilucidam satis dissicultatis hujus explicationem in dictorum Authorum scriptis invenire non potuerim, ad Recentiores me convertere, eosque pervolvere statui; Inter quos Diligens Anatomicus Dominus P. Blasius primum tenet locum, qui hac de materia sequentia reliquit; in Miscellaneis Anatomicis hominis brutorumque, &c. ubi loquitur de Numero Scroti, cap. x. Unum est, dicit, in medio Lineà quadam dissinctum.

Item D<sup>15</sup>. Phil. Verheyen Professor Lovaniensis, quem præ cæteris legendum, mihi commendasti. Ejus hæc sunt verba: De Scoto,
A 3

loquentis. Dividitur in partem dextram & sinistram lineà intermedià, quam suturam vocant, quaque ob vasa ibidem concurrentia in sectione

Scroti, vitari debet, &c.

His adjunxi quoque elegantissimè pictas Tabulas Professoris Lugd. Batav. G. Bidloo, qui Parte tertià de delineatione Scroti his utitur verbis. Forinsecus Testes extra abdomen propendentes Scroto vestiuntur, laxa aque ac plicabilis membrana, exterius atque interius sutura per ejus longitudinem excurrente, divisa, plurimisque vasis intertexta, &c. Sed in nullo ea ipsa, quæ publicè nobis demonstrasti, deprehendi, ita ut ad Auctorem ipsum, ex quo hæc emanasse, audivi, me conferre necessarium duxerim, ut inde clariorem hujus rei explanationem haurirem, certoque cognoscerem, num forsan iis in Auctoribus nonnulla ad claram distinctamque perceptionem necessaria præterierim, vel clarè satis non intellexerim.

Proinde horum omnium à Te, Vir Clarissime, dilucidiorem petere ausim explicationem, ut & modum præparandi Scrotum, quo illud in conspectum veniat Septum, ut & pinguedo. Præterea, me dudum Corporis reticularis Malpigii, ut & Papillarum pyramidalium, verum Tactus organum, desiderasse demonstrationem, libens sateor; de iis non rarò quidem hinc & inde aliquid legi, sed clarè & perspicuè illas in subjecto conspicere, nunquam antehâc mihi data suit potestas.

Fateri quoque cogor, me nunquam distinctius vidisse Spinalem medullam, constitutam scilicet esse ex meris innumerisque sibris, tenuissimarum membranularum ope, sibi invicem cohærentibus,

quam in publica demonstratione, eò tempore habita.

Hæc sunt, Vir Clarissime, quæ planioris explicationis ergo Tibi proponere non erubesco, petitioni, me frustrari, nolis, vehementer rogo. Est interim, cur gestiam, quôd Anatomicis Tuis demonstrationibus hactenus interesse, indeque fructum & emolumentum certè non exiguum, capere, mihi data fuerit facultas. Multò magis autem mihi gratularer, si in juventutis Artis Medicæ usum ea delineare, (innumeris licet districtus negotiis) non gravareris; Ut ea, quæ adhuc in obscuro latent, Tuâ opera & studio, majori facilitate comprehendi & addisci possint. Quod si facere non recusaveris, multùm certè gloriæ & ornamenti No-

mini

mini Tuo appones, ac studiosorum omnium animum volunta-

temque Tibi devincies maximè.

Quod ad me, Vir Clarissime, sempiterna memoria benevolentiæ Tuæ erga me beneficium colam, illudque alta manebit mea mente repostum, ac Nomen Tuum re ipsa atque animo semper gratissimo prosequi, nunquam desinam.

Valeas interim, Clarissime Vir, & divino aspirante Numine rebus humanis, huic denique Literario, diu supersis. Vale iterum, meque Tui studiosissimum inter eos, qui toto Te pectore

adituate a bi nimus fair, (quo into publicis in demontrate

abus valenti lene (attende commine acquier.) de quidem in meconie.

venerantur, habeto.

#### Nobilitati Tuæ

Amstelædami ipsis Calend. Septemb. M.D.C.XCV. Addictissimus & Observantissimus

JOH. GAUBIUS.

## FREDERICI RUYSCHII

#### RESPONSIO,

Ad Eruditum

# D'um. JOHANNEM GAUBIUM,

Medicine Philomedicum, de Epistola Problematica prima.

ornatissime Vir ,

Entis tux candor & generofitas, mihi fatis superque perspecta, pro me ipso verba faciunt, meque excufant, quod in hoc primo literarum congressu, absque ambagibus, verborumque ornatu, ad Literas tuas ipsis Calendis Septembribus, ad me datas, propter occupationes multifarias, ferius quam volui, respondeam. In illis Vir Ornatissime nonnulla video proposita à me in nuperrima Anatomia, publice in multorum conspectu exhibita & demonstrata; Quorum dilucidiorem desideras explicationem. Doleo interim, quod objecta nimis à te dissita & remota, Oculorum acie vix ac ne vix quidem attingere potueris; in publica enim demonstratione minutiæ tam accurate à nonnullis spectatoribus conspici nequeunt, nec datur tempus unicuique speciatim ob oculos ponendi, que publice tractari solent. Proinde dissectionis eorundem subjectorum continuationem meis in ædibus instituere mihi animus fuit, (quoniam publicis in demonstrationibus unicuique satisfieri omnino nequit,) & quidem in meorum discipulorum usum & fructum, nec non eorum, qui neutiquam aliena & sibi ignota Theonino dente rodere gaudent.

Interim temporis successu, si quid rari in meas inciderit manus, ipsis quoque dissectioni privatæ interesse, dabitur forsan occasio.

Verum, ut petioni Tuæ, Vir Ornatissime, satisfaciam, ad

propositas Tuas mihi quæstiones me conferam.

In prima itaque propositione rerum novarum desiderio captus, ex me audire anhelas, utrum Pili è glandulis Scroti emergant nec ne?

In prægressa publica nuper demonstratione, luce meridiana manisestius indigitavi Vaginulas Pilorum plurimas productiores esse, quam ipsæ glandulæ, ut ex adjecta Fig. Prima,

Lit. A. notata liquet.

Vidimus quoque tunc temporis dictas Pilorum Vaginulas, nullis glandulis instructas, ut ex Fig. Prima Lit. B. videre est: quod mihi persuadet, & sirmissimo indicio est, radices Pilorum non semper è glandulis cutaneis emergere, vel inde exortum habere; eo magis, quod vidimus aliis in locis Pilos tam profundas agere radices, ut è pinguedine ipsa

originem habere videantur.

Quoad secundum propositum, Scrotum nuper exploratum hominis erat persectæ sanitatis, Testiculis haud viduati, in cujus parte superiore pinguedo, ut ex Fig. 1. & 2. Lit. C. & E. patet, sese videndum exhibebat, quod in obesis non rarò observavi; in parte autem inseriore nequaquam: Pars tamen Scroti interior ita disposita est, ut apta sit pinguedinem recipiendi, & coërcendi; non minus enim sub ejus cute latitat membrana adiposa, quàm in aliis corporis partibus; quamvis hie maxima ex parte pinguedine destituta sit, cellulis adiposis sibi ita incumbentibus, ut membrana hæe nil minus, quàm cellulosa, videatur: Quod si autem slatu hæe membrana extensa exsiccetur, & post exsiccationem in lamellas dissectur, cellulæ distæ, Fig. 3. Lit. nimirum H signatæ, in conspectum producuntur. Idem videre est in cunuchis, quo-

B

rum Scrota non rarò ab undiquaque parte pinguedine sunt infarta. Dicta hæc membrana adiposa insuper carneas habet intertextas sibras, ut Figura 3. Literæ G. G. indicant, quarum benesicio Scrotum contrahitur, corrugaturque; quæ sibræ proinde ansam Anatomicis præbuêre, ut toti membranæ carnosæ nomen

imposuerint.

Quod ad tertium: Ostendimus quoque in supradicta demonstratione Scrotum illud septi beneficio in duas dividi partes, de quo nil apud Vesalium, Bartholinum, Verheyen, de
Graaf, &c. Viros de re Anatomica alias satis benè meritos,
& quid mirum? Quandoquidem omnia circa Scrotum recenter
denati, adeò sunt lubrica atque mobilia, ut difficillimè vera
septi constitutio appareat: Quapropter, siquis hoc demonstrare satagit, inslandum est Scrotum, & post exsiccationem
aperiendum, quo sacto sese videndum exhibet septum Scroti,
ut ex Fig. 1. & 2. Lit. D. notata, liquet; estque hoc dictum septum
Vasis sanguiseris innumeris persusum. Vid. Fig. 2. Lit. F.

Quod quartam attinet propositionem de Reticulari corpore Malpigii, sub cuticula sito. Nomen illud ab Inventore Clar. Malpigio fortitum est, qui primus jure merito habendus est. detector, Vir, dum viveret, in Anatomicis exercitatissimus. Vix ac ne vix quidem in conspectum venit dictum hoc Corpus Reticulare, nisi instrumentis opticis : Vixque demonstrari potest vulgari Encheiresi, & communi dissecandi modo, multo minus Papillæ pyramidales, particulæ, quas Anatomiæ Professores sicco quasi pede in dissectionibus transire solent, quamvis studiosis Medicinæ scitu & visu adeò necessariæ censendæ fint, propter earum usum, quem præstant, ut neutiquam in administrationibus Anatomicis, præsertim privatis, sint negligendæ. Veram hujus Corporis Reticularis & subcuticularis delineationem Microscopio visam, designat Fig. 4. ut & Papillas pyramidales Fig. 5. Fig. autem 6. indicat Corpus Reticulare, sub cuticula situm, naturali magnitudine duplo circiter majus. & Fig. 7. Papillas pyramidales duplo pariter majores. Interim, si me, Vir Ornatissime, invisere dignaberis, omni tempore in iisdem nuper exhibitis subjectis, à biennio conservatis,

hæc & similia de novo conspiciendi, prolixa tibi dabitur occasio. Hisce curiositati Tuæ, Vir Ornatissime, me satisfecisse puto. Vale interim, & me studiis tuis optime velle, certo Tibi
persuade,

Tro. I. o. I. Calmandina Colon

Deput Contract Land Land

cula lowerym, Americanio

Fro. V.

Fro. VI.

Carpus raterilars natural

Fre. VIL

meralers marge cuasance bus

dimen procedum pegillarium

Corpus reviced are 121

Datæ Amstelod. die 4 Octob. 1695.

#### FR. RUYSCHIUS,

M. Dr. Anat. ac Botanices Professor.

Serge on hammanne poster (upariora

apersuna, endereda."

A. A. Vaginula & radices Pilo-

C. Pinguedo in parte superiore

D. Septum, Scrotum in duas par-

Soprama Supradictions I ele Sieguin in mouern discume Conference

R. Pingwedo in celipliyacirgita.

F. Vala faeguifera por fartum dif-

Fre. III.

G. Fibras carifers domonfrat.

Pacion in mistern Landle deli Sere-

glandulis cutancis privæ.

tos durimens.

lorum, glandulis cutaneis pro-

B 2

EX-

## EXPLANATIO FIGURARUM

#### TABULÆ PRIMÆ.

#### F 1 G. I.

Scrotum humanum post instationem exsiccationemque parte superiore apertum, indigitat.

A. A. Vaginulæ & radices Pilolorum, glandulis cutaneis productiores.

B. Vaginulæ & radices Pilorum, glandulis cutaneis privæ.

C. Pinguedo in parte superiore Scroti.

D. Septum, Scrotum in duas partes dirimens.

#### FIG. II.

Septum supradictum Vasis sanguineis innumeris ditatum & exsiccatum reprasentat.

E. Pinguedo in cellulis coërcita.
 F. Vasa sanguisera per septum dispersa.

#### FIG. III.

Faciem interiorem Lamella dicti Scroti exsiccati denotat.

G. Fibras carneas demonstrat.

H. Cellulas adiposas flatu extensas.

I. Duplicitatem Lamellæ.

#### FIG. IV.

Corpus reticulare Malpigii, sub cuticula locatum, Microscopio. visum.

#### FIG. V.


Agmen processium papillarium cuts inharentium, Microscopio visum.

#### FIG. VI.

Dictum Corpus reticulare naturalis magnitudine duplò majus.

#### FIG. VII.

Agmen processium papillarium naturalem magnitudinem bis superans.



# JOHANNIS GAUBIE

# EPISTOLA

Anatomica, Problematica SECUNDA,

Ad virum Clarissimum

# FREDERICUM RUYSCHIUM;

M. D. Anatomia, ac Botanices Professorem;

DE

Artificiosa Scroti Humani induratione, ejusque Vasorum sanguiserorum cursu ac copia; ut & de Arteriis per costarum periostium, spatia Costarum intercartilaginea, Pericardium, &c. disseminatis.

# JOHANNIS GAUBII

# EPRISTOLA

Anatomica, Problematica
SECUNDA,

a old virum Clarifunum

# FREDERICUM RUYSCHIUMS

OK. D. Andromia, as Boranies Professorem;

DE

Serificiosa Seroit Flumani induracione, ciarque Vasorum sanguiserorum curso as copia; no & de derechis per costarum periostium; gatia Costarum invercarridazinea, Expicardium, &i.,

# NOBILISSIME, CLARISSIME,

Nec non

## DOCTISSIME VIR.

Anta Tua erga me est benevolentia & humanitas, ut, unde potius exordiar, Tibique grates quas debeo, referam, idoneis mihi verbisdestitutus, videar.

Jucundius certé nihil contingere mihi potuit, quam, quod sepositis innumeris & gravioribus, imò absolute necessariis Tuis

negotiis, tam placidâ benignâque fronte priores meas inspicere dignatus sueris literas. Est revera, cur gratissimo semper agnoscam animo. Inexpectato quoque tam perspicuam dilucidamque, Tibi aliquot ante dies exhibitarum Anatomices non-nullarum quæstionum mihi, non solum dedisti explicationem, verum etiam siguras addere non recusasti, adeóque quidem accuratas, ut nullus, quisquis sit, nisi parum prospiciant oculi mei, in illis hærere, vel objectionem aliquam formare possit.

Quapropter etiam sequentia hæc Tibi proponere non erubesco, nullus dubitans, quin pro Tua in naturam versa consuetudine & benevolentia, benigno quoque vultu illa sis ex-

cepturus.

In præcedenti epistola clarè nobis tradidisti methodum, ut & viam præparandi Scrotum humanum, quo pacto scilicet conspiciendæ sese nobis exhibent Scroti Glandulæ, Septum, ut & ejus.

ejusdem Pilorum Vaginulæ; cui, si addere quoque dignareris Scroti præparationem, cujus ope vafa fanguiflua in confpectum prodeunt, idque absque Scroti læsione, aut dilaceratione, nos, Clarissime Vir, perpetuò devinctos haberes. Ejusmodi Scrotum humanum corpori adhuc annexum & in Mumiam conversum nuper in privato Collegio Discipulis Tuis ostendisti, non fine omnium admiratione. Scrotum illud non inflatum, attamen induratum mihi videbatur; in eo præterea rugas naturales, ut & Lineam longitudinalem, quibus præditum alias est Scrotum hominis, recta nimirum valetudine fruentis, non solummodo obliterasti, ut vasorum cursus distinctius lustraretur, verum etiam nullas contraxit rugas præternaturales. Quod ad colorem naturalem, non multum ille mutatus, sed ex albo rubroque adhuc mixtus erat, Scroti instar hominis cujusdam perfectioris sanitatis, & quod admiratione præ cæteris certè dignum est, remotis simul cum linea, ut dixi, longitudinali artificio rugis naturalibus, omnia vasa sanguisera, ne minimis quidem exceptis, facillimè conspici poterant, situm naturalem occupantia. Copiam porrò nobis dedisti videndi Trunculorum exortum, & quo ritu illi in Scroti superficie disseminantur, quod nequaquam, meo quidem judicio, fieri potest in Scroto, vulgari methodo dissecto, ac in planum extenso; ea propter non miror, quòd nullus hactenus Anatomicorum horum vaforum distributionem perfecte descripserit, multò minus in tabulis delineaverit.

Ingenuè quoque fateor, Clarissime Vir, me demonstrationem de Costarum Periostio, ut & de Membrana Pleura videndi, diu desiderio slagrasse. Anceps enim hæsi, Utrum Membrana Pleura pars exterior, seu Lamella costas respiciens, Periostii esset loco, an verò Costa peculiari gauderent membrana immediate costas

internè amiciente.

Quum Clarissimum Spigelium evolverem, milti innuere videbatur, Pleuram Membranam costis inservire pro dicto Periostio: Cap: enim tertio Corp: hum: fabr: Lib. 1x. hisce utitur verbis; Non ineptè costalem Tunicam dixeris, (loquitur de Membrana aleua) si Gracam exprimere velis appellationem. Est enim Membrana cum universam Thoracis cavitatem, tum imprimis costas obcingens; si mihi Clarissimum Vesalium, ut & Ana-

tomi-

tomicum Eximium Bartholinum legere non commendasses, in errorem facilè incidissem; Horum enim prior Cap. 2. Fol. 711. hac tradit; Caterum prater hanc Membranam Costas Thoracemve succingentem, singulis costis alia particularis obtigit, quam alteram succingentem Costas Membranam Gracos vocasse, reor, &c.

Posterior idem asserit, Cap. IV. Lib. 2. Interim & Costa suum habent Periostium: Tertia Pleura Tunica nonnullis, aliis Circum-

offalis.

Quibus verbis dicti Auctores mihi contrarium illius, quod ex Spigelii Anatomia conceperam, innuere videbantur. Ex ultima Tua demonstratione autoriais nobis patuit: Costas prater Membranam Pleuram peculiari gaudere Periostio: Neque hoc solum, verum etiam ostendisti, quo pacto Vasa sanguinea per illud Periostium sint dispersa es per Pleuram porrò cursum continuent; quod in nullis Anatomicorum Tabulis hactenus videre lieuit.

Magna quoque admiratione conspeximus, Vasorum Intercostalium trunculos non per Membranam Pleuram, neque per ejus duplicaturam, verum sub iis decurrere, cosque immediate à Periostio investiri non minus, ac Costas, quod nunquam ab aliis notatum vidi; quotquot pervolvi Auctores, uno omnes ore asserunt, Vasa sanguinea hac inter dictam duplicaturam dispergi: Nobis autem, plurimos ramusculos è trunculis Intercostalibus oriundos,
ostendisti, presertim per Lamellam Costas respicientem, ut es paucos per Lamellam interiorem Pulmonem spectantem nequaquam
trunculi autem inter duas hasce Lamellas locantur.

In cadaveribus Tuis, elapso ab hinc biennio, conservatis, observavi porrò supradictos Intercostales trunculos per inferiorem interioremque Costarum sulcos decurrentes, longè plures, imò innumeros Musculis intercostalibus soboles largiri, quàm mihi imaginari potuerim, aut ullus Auctorum manisestaverit; horumque reptatum mirabilem haud sine admiratione contem-

plari potui.

In codem præterea subjecto distincte satis Vasa sanguisera spatia costarum intercartilaginea perreptantia, præsertim à Vasis Mammariis internis ortum ducentia, conspicienda erant: ut silentio præteream, quo ritu illa per Ossis sterni periostium & Pericardium quoque disseminentur.

Miror

Miror sanè nullum hactenus Auctorem hæc delineasse Vasa; sed quid dico, delineasse? Plures, ubi de corum ortu agunt, valde discrepant; & quod plus est, Pericardium quoque descri-

bentes, de Vasis nequidem cogitant,

Inter Antiquos Vesalius : de Hum. Corp. Fabr. Cap. VIII. Fol. 728. Hoc (de Pericardio loquitur) nullas fere Arterias in se dispersas obtinet, neque etiam Venas, nisi perquam tenuissimas, ab illis ferè exortas, que intersepientibus Membranis tanquam in Omentum digeruntur, &c.

Andreas Spigelius de hum. Corp. Fab. Cap. v. Fol. 348. Pericardium describens, nullam plane Vasorum mentionem facit.

quæ etiam in Tabulis Professoris Bidloi non video.

Andreas Laurentius de Pericardii Vasis hæc refert Cap. IX. fol. 347. Venas habet communes à Phrenicis & Peculiarem à ramo Subclavio, quam Capsularem vocant : omnino de Arteriiis ta-

Clarissimus de Marchette, Pag. 113. inquit, Arterias Pericardium habere ab Arteriis Mediastinis, & propter exiguitatem vix

observabiles.

Doctissimus Blasius in sua Anat. Cap. 2. Fol. 124. sequentia de Pericardii Vasis tradit. Vasa habet, inquit, omnis generis, Me-

diastina dicta, Venas à Cava, Arterias ab Aorta.

Insuper Veslingius in Syntag. suo Anat. Pag. 145. Pericardium vix conspicuas obtinere Arterias, refert; Cui assentiri videtur Bartholinus Pag. mihi 350. ubi dicit, Pericardium Venas habere parvas, infra à Phrenicis & supra ab Axillari, Arterias autem nullas facile apparentes; Verum quam alienum hoc sit à veritate, in antedictis Tuis cadaveribus sæpenumero vidi. In quibus Pericardia facile apparentibus & innumeris, miroque insuper reptatu decurrentibus scatent Arteriis.

Exhibuisti nobis præterea in Cadaveribus Tuis, Glandulam Thymum, in qua clare oftendisti, quod scilicet Vasis sanguiferis non folum gaudeat parte exteriore, sed & interiore, tantâque insuper copià, ut ubique summà rubedine perfusa esset

hæc Glandula.

Ita ut nemo certe contendere audeat, quin in Cadaveribus

arte Tuâ præparatis non distinctiùs quàm olim, tam Vasa san-

guifera, quàm alia innumera conspici possint.

& Communicare relim alterna Scrott preparatio-

Proinde, Clarissime Vir, nisi iterata mea petitione nimis molestus Tibi essem, omnibus hoc studium colentibus non inutile fore, reor, ut aliquantum temporis ab aliis Tuis occupationibus animum abstraheres, & veram perspicuamque dictorum Vasculorum distributionem per siguras, publici juris saceres; Ea certe ratione omnibus facem accendes. Vale Clarissime Vir, & mihi meisque conatibus savere perge.

Chilantedienne, de Epifola Antonica, Problementa II.

Id. Or. Vir. perficient arrifició quodam cam fingulari, cue in

co istra criginta & quamor aunos defadaverime Nil enimadeo

difficile puro, quant partes corporis humani. & postertim Scruttum, deletis naturali us tugis, ut & Linch to andum Scroti

longitudinem proteinte e ita preparate. Se fervarde colore. Es amplitudine naturali, fine rugis prateringualibus, lapidis inflar, co modo indurate, ur Vaforum representa longò diffinctive apparear, quim in corpore vivo, autium demum defundos, Preinte facile, ur frero, connivebre Dominus, autòdi

MUISUM GAUBIUM.

Addictissimus & Observantissimus

Dabam Amstelodami
av Nouis Septemb.
M DCXCV.

novi va sirousil simislu vo of un J O H. G A U B I U S.

#### FREDERICI RUYSCHII

# RESPONSIO.

Ad Eruditum

# Daum. JOHANNEM GAUBIUM,

Philomedicum, de Epistola Anatomica, Problematica II.

Millimus & Oblervantilimus

Esponsionem meam, Vir Ornatissime, tibi haud ingraram fuisse ex ultimis litteris rv. Non. Sept. ad me datis, percepi, inquibus alia denuò & longè à præcedentibus diversa video proposita; & primò assectare mihi videris, ut Tibi communicare velim alteram Scroti præparationem, qua Scrotum lapidis instar induratur. Id, Or. Vir, persicitur artifició quôdam tam singulari, ut in eo ultra triginta & quatuor annos desudaverim. Nil enim adeò dissicilè puto, quam partes corporis humani, & præsertim Scrotum, deletis naturalibus rugis, ut & Linea secundum Scroti longitudinem protracta, ita præparare, & servatô colore, & amplitudine naturali, sine rugis præternaturalibus, lapidis instar, eò modò indurare, ut Vasorum reptatus longè distinctius appareat, quam in corpore vivo, aut jam demum defun-

cto; Proinde facile, ut spero, connivebit Dominus, quod

vota.

voto tuo respondere, Scrotique præparationem supracitatam publicè notam facere nondum induci possim, neque, ut mihi persuadeo, id à me exiges, cùm mecum perpendas, quam multi dentur, qui instar Corniculæ Æsopicæ alienis superbire gaudeant plumis: Accuratam autem delineationem arteriarum anterioris partis Scroti Tibi denegare nequeo, quam Tabulæ se-

cundæ, Figura secunda repræsentat.

Hisce transactis, progredior ad secundam Tuam petitionem, nimirum ad delineationem Vasorum per costarum Periostium, ut & Pleuram disseminatorum; equidem benè mones, à nemine hactenus id suisse factum; quatenus in cadaveribus nostris ultra biennium conservatis, necdum induratis, illa sese videnda exhibent: dissicillimum foret omnia vasa sanguisera per integram Membranam Pleuram, ut & periostia, per totum thoracem per icones illustrare, quam ob causam particulam aliquam sufficere posse, reor, in qua abundè satis omnia vasa, mirè repentia, videre est.

Integram Membranam Pleuram, ut & eam, quæ omnes coftas immediatè obvelat, in duas lamellas separare, vix ac ne vix
quidem possibile est; ita scilicet, ut in conspectum producantur omnia Vasa sanguislua, sine quo cursus per interiorem lamellam, costas respicientem, non satis distinctè apparent: Quod
si autem cadavera hæc nostra, ultra biennium conservata, indurata, & in Mumiam conversa essent, accuratius id sieri posfet. Proinde, Orn: Vir, si harum membranarum particula
aliqua arteriis instructa sufficere potest, sicuti in privato Collegio Anatomico hisce diebus ostendi, Tabulæ secundæ sigura

prima eam exhiber.

Venas non addo, quod, quum Arteriarum sint comites, eundem observant in hisce partibus cursum, & sic minus in si-

cos, neciaris exact

gura obscuratur reptatus arteriarum.

Quò ad trunculos Vasorum intercostalium, neutiquam illos membranæ Pleuræ, ejusve duplicaturæ, sed costarum periostio inhærere, non solum nuper indigitavi, verum etiam dictos jam trunculos à musculorum intercostalium tendinibus muniri ac investiri, demonstravi.

В

Quo situ trunculi à vasis mammariis internis oriundi per spatia costarum intercartilaginea decurrant, & qualis eorum sit distributio non solum per musculos, spatia Costarum intercartilaginea occupantes, verum etiam per membranam, Ossis sterni utramque superficiem, præsertim interiorem investientem, distinctissime privatim exhibui in subjecto quodam in Mumiam converso. In eo conspiciebantur Arteriæ Mammariæ internæ inordinata ramissicatione trunculos largiri marginibus cartilaginum Costarum: Variis enim in locis dictas arterias Mammarias non solum trunculis suis irrigare demonstrabam inferiorem Limbum cartilaginum Costarum, verum etiam superiorem, secus ac in spatiis interosseis, ubi rarissime, si unquam, binis trunculis singularem Costam infra supraque dirari, observavi: In aliis autem objectis demonstravi quoque dictos trunculos intercartilagineos per solum marginem superio-

rem, in aliis locis, per inferiorem disseminari.

Hinc pater post vulnera in parte Thoracis anteriore inflicta illiusque cavum penetrantia, sanguinem copiosum, non minus posse promanare ex tali vulnere, quatenus pertingit ad Limbum superiorem, quam inferiorem, secus ac in spatiis interosseis; quandoquidem vasorum Trunculi, sicuti dixi, per utrumque Limbum cartilagineum inordinato cursu sæpè distribuuntur. Authores in conficienda Paracentesi cultellum altera parte obtusum cautè commendant, quò minus in illa operatione vasa intercostalia Limbum inferiorem obsidentia lædantur, & quia in Anatomicorum scriptis nullæ visuntur figuræ, verum reptatum vaforum fanguineorum per spatia costarum intercartilaginea illustrantes, nec satis exactè quoque Auctores, quem habeant situm, indigitarint, plures sibi imaginantur, vasa, spatia Costarum intercartilaginea prospicientia, pari passu ac modo per solum marginem inferiorem decurrere, quod tamen à veritate alienum esse, Tab. secundæ, Figa. tertia designat.

Tertiam quod attinet propositionem; Rectè in ea mones, Ornatissime Vir, arterias per pericardium distributas non tantummodò à nemime hactenus delineatas, verum etiam à variis neglectas, aut rudiori tantum Minerva descriptas, neutiquam verò depictas fuisse; id quod nequaquam mirari subit, quandoquidem sub vulgari cultro Anatomico rarò aut nunquam apparent. In cadaveribus nostris ultra biennium conservatis tàm distinctè eas in Collegio privato indigitavi hisce diebus, ut nihil

manifestius in toto corpore demonstrari possit.

Petitioni itaque Tux, & in commodum denique Studiofx juventutis ipsemet eas delineavi. Vide Tab. 2. Fig. 4. in qua arteriæ pericardiacæ adeò numerosæ per Pericardium disseminantur, ut perpaucæ, fiullæ, partes membranofæ reperiantur, copiofioribus arteriis instructæ, & quod monendum; dictæ arteriæ per pericardium distributæ, multò sunt numerosiores, atque in subtiliores ramusculos divisæ, quam dicta figura exprimere potui; Arteriæ hæ à quinis locis ortum sæpissimè ducunt, quemadmodum subsequentibus literis repræsentatur in Fig. 1v. ubi A. A. arterias Pericardio-Diaphragmaticas designat, à me sic appellatas, quandoquidem illæ non folum Pericardio, verum etiam Diaphragmati communes funt : Hæ arteriæ in utroque latere Pericardio annexæ, varios ramulos illi largiuntur, & fic ulterius distribuuntur per Diaphragma. Quò ad exortum, in eo mihi ipsi haud possum satisfacere, cogor itaque hoc differre, donec clarius illud mihi constiterit.

B. B. Ramos arteriosos, à diaphragmaticis arteriis oriundos, sursumque delatos, ac per pericardium excurrentes de-

notant.

C. Surculum proponit descendentem, & prodientem à sublimiore parte arteriæ mammariæ internæ, qui variis in locisunitur surculis Pericardio-diaphragmaticis, ut & iis, qui ortum ducunt ex arteria diaphragmatica, oriturque illa à superiore parte arteriæ mam. internæ.

D. Conspiciendos exhibet abscissos trunculos à Mediastina arteria productos, quorum ramusculi cum prædictis, variis in

locis quoque copulantur.

Notandum interim, quod in omni quidem subjecto Pericardium tot Arteriis sit ditatum, verum in alio plures emergunt ab hoc, in alio plures ab illo arteriæ trunculo.

Notatum insuper hic volo, me venas non addidisse, quò ar-

teriarum cursus distinctius possit conspici, alias enim inter utriusque tam venarum, quam Arteriarum plexum facile consusa delineatio oriretur.

In quarta denique propositione, Ornatissime Vir, à me exigis delineationem vasorum per Glandulam Thymum disseminatorum; temporis autem penuria hac vice Tuz petitioni hac in restatisfacere, mihi non permittit, ideóque excusatum habeas peto

frombus arreisis infrirette, & auod monendum; difter arrerier

potuis Arteria las à quints locis octum fapifime ducunt, quent admodum subsequentibus literis reprasentaturin Eig. 1v. ubi

per pericandium diffribute, hulto flun numeroflores, arque un subtiliores ramufculos divide, quinum et figură exprimere

Millit J. Ray U. Rm. R. Fron folum Pericardio, verume

cetam Diaphragman communes funt: Ha arrept in utroque latere Pericardio annexa, varios ramulos illi largiuntur, & fie ulterius distribuuntur per Diaphragma. Otto sinos vi intabolasma o milii ipit haud postum tatistacere, cogor traque dmayos sere, alonee clarius islud mini constiterit.

B. B. Ramos arteriofos, à diaphragmaricis arteriis oriundos, furfumque delatos, ac per pericardiam excurrentes denorant.


Surculum proponit descendentem, Exprodientem à sublimiore parte afterix mammarix interns, qui variis in locisunitur surculis Pericardio-diaphragmaticis, ut & iis, qui or rum ducunt ex atteria diaphragmatica, oriturque illa à supesione parte afterix mam, internx


Pag. 5. Lin. 21. Scrotum, lege Cortum.

Notandum interim, quod in omni quidem subjesto Pericardium rot Arreriis sit diratum, verum in also plures emergant abboc, in also plures ab illo arrerix trunculo.

Noratum insuper hic volo me venas non addidise, quò ass

-00





# EXPLANATIO FIGURARUM

# TABULE SECUNDE.

# E. Ranil atori of pericardio-

Representat portionem membrane pleure arteriis innumeris instructam, o aciculis in planum extensum.

A.A.A. Ramuli arteriofi ex arteriis intercostalibus oriundi quorum extremitates miro reptatu per lamellam Pleuræ, costas respicientem, ut & per periostium costarum, exspatiantur.

#### FIG. II.

Exhibet distributionem arteriarum per Scroti humani partem anteriorem, or ut earum cursus distinctius conspectui nostrosese offerat, ablata sunt omnia illa, qua visum obnubilare possunt, or sic aciculis extensa bac pars offertur.

A. A. Arteriæ per Scroti partem anteriorem dispersæ, variis que in locis sibi invicem copulatæ; Harum origo est ex arteriis Hypogastricis, Pudendis, & aliis adsitis.

#### Fig. III.

Conspiciendas exhibet portiones arteriarum mammariarum internarum, cum suis ramificationibus, idque è corpore pueri.

A. A. Portiones arteriarum mammariarum internarum.

B.B. Membranæ Pleuræ, ut & Periostii arteriolæ, posteriorem ossis sterni partem obsidentes.

C.C. Dictarum arteriarum rami per spatia Costarum intercartilaginea dispersi.

D.D. Arteriarum intercostalium

portiones abscissæ.

\* Earum inosculationes cum iis quæ per spatia costarum intercartilaginea reptant.

E.E. Rami arteriosi, sanguinem nonsolum per Limbum inferiorem, verum etiam per superiorem derivantes.

#### FIG. IV.

Complectitur partem Pericardii anteriorem, in planum aciculorum ope, expansam.

A. A. Arteriæ Pericardio - diaphragmaticæ.

B.B. Rami arteriofi ex arteriis dia-

phragmaticis orti.

C. Surculus arteriosus à parte superiore arteriæ mammariæ internæprodiens.

curs fun rampoattonness,

id que e conpore puers.

A.A. Portiones atterintum mam-

marierum internarum. B. B. Membranie Pleura, ut Sc

Periodii areniola: , policriorem

C.C. Dictarum arterianom tami

Della Mereriarum intercoffalium

\* Earon inofculationes cum iis

que per fratia collatium inter-

E.E. Rami arterion , languinem

non champer Limburg interio-

rem , verum criam per superso-

ginea duperts.

portionesableille.

secretal action of the secretary.

D. D. Rami arteriosi à Mediastina arteria producti, præter hosce ramos, ditatur quoque arteriis pericardium, partem posteriorem perreptantibus, ex intercostalibus oriundis, quos hic repræsentare haud potuimus, parte scilicet anteriore pericardii hic tantum oblatà.

E. E. Rami arteriofi pericardiodiaphragmatici per diaphragma

The district insulation and tractions, "The

ericulas in planning exter and.

Regrafament bortes nem

disseminati.

A.A.A. A. Ramuli arteriod ex arterior intercortalibus criundi quorum extremitates untro respirate parlamellam Pleure, collar respiratement ut & per personalitud collarum, exspansatur.

Exhibet distributionent arteriorum per

Gran to comme enifte de entress confrection after pefe offeren ablancions Commin tille, que vofere obsolutore

Service blandar parters win riverorms,

possure of se ucientis entersta bac

A. A. Arterius per Scroti partens anteriorem dalpertica sacris que at la local libil in icem con constants

m Maramanigo en en ententis la propinsi la propinsi de la propinsi della propinsi

JOHANNIS GAUBII

# EPISTOLA

Anatomica, Problematica TERTIA,

Ad virum Clarissimum

## FREDERICUM RUYSCHIUM,

M. Doct. Anatomia, ac Botanices Professorem;

De Arteriis per Cordis substantiam, ejusque Auriculas dispersis, ut & de egressu Arteriæ Aortæ è Cordis Thalamo sinistro.

I CHAULS CAUBLI

# EPROTOLA

Anatomica, Problematica
TERTIA,

Ed chum Clarificon

FREDERICUM, RUYSCHIUM;

the topic of all and the standers trafeforenes,

De Arterias per Corda inbitantiam, ejusque Auriculas dispertis, un & de egressa Arteria Aosta è Cordis Labanto finistro.

# Clarissime, nec non Doctissime

#### VIR.

I unquam verum Senecæ illud effatum; multum quidem egerunt; qui ante nos fuerunt, sed multum adhuc restat operis, restabitque multum. Nusquam certè manisestum id magis, quam in studio Anatomico.

Quam latè sese extendat, nulli rectè notum esse potest, quam qui ipse in illo ver-

satur, operâque sedulâ manus applicat operi; cum primis autem Tibi, Clarissime vir, in Anatomicis adeò desudanti, qui diurnâ nocturnaque manu versare soles Anatomen, nec minutissimam corporis humani particulam intactam relinquis, quo minus accurate adeò ante oculos omnia ponas, ut plures Anatomici parce admodum & molli levique brachio de variis corporis humani partibus egisse videantur: Nunquam enim à Te discedo, quin aliquid novi ex demonstratione Tuâ viderim, doctiorque abierim, de quo caterorum Anatomicorum perplures, vel adhuc inter sese dimicant, vel omnino tacent.

Firmiter mihi hactenus perfuasus fui, Cordis Auriculas pabulum haurire & nutriri à majorum vasorum sanguine, in illas copiosissimè irruente: Quotquot etiam hac de materia evolvi Authores, eidem subscribere videntur sententiæ: Quandoquidem eorum nullus de peculiaribus Arteriis per Auriculas dispersis, scripserit: Cùm autem in privata nuper à Te habita demonstratione non exiguum modò aliquod vasculum, sed vasa sanguislua permulta, & frequenti ramulorum serie, per eas disfusa, arborisque surculos egregiè repræsentantia, nobis demonstrares, haud parùm demiratus sui:

A 2

ea propter hisce visis, denuò ad Authorum scripta me conferre, consultum duxi, ea scilicet fretus ratione, num in iis forsan adhuc aliquid detegere possem, quo dubitationis mez nodus dissolveretur; nam in Authoribus evolvendis, vel attentè satis ad ea non advertisse, vel ab illorum sensu & sententia in totum me aberrasse, opinabar; verùm post assiduam tandem longamque satis investigationem, & oleum & operam me perdidisse, deprehendi; cùm nullus, quos legi Authorum,

quod sciam, hac de re verbulum attigerit.

Est & alia adhuc difficultas, Clar: Vir, quæ hactenus in fuspenso tenebat animum, nec à cujus partibus stare deberet, satis sciebat, quam mihi demonstratione Tua in Cadaveribus ultrà biennium nitidissimè confervatis, egregiè difcussisti. Ostendebas enim Arteriæ Magnæ Truncum è sinistro Cordis thalamo profilientem, & antequam Arteriæ Magnæ Descendentis nomen adsciscat, varios emittentem ramos, nequaquam autem ita constitutum, uti plurimorum authorum figura docent; verum clarè demonstrabas, quo pacto ille ascendens Truncus post trium, quatuorve digitorum transversorum ascensum, semicirculum quasi efficiens, descendat, nomenque ascendentis deponens, sese ad inferiora corporis humani membra effundat ; Rectè ideò , quòd si bifurcatio aliqua inter Truncum Aortæ ascendentem & descendentem inveniatur, contrà natura leges esse, monebas. Proinde hac in re Antiquos & plurimos quoque Recentiores, figuris suis crasse hallucinatos esse, manifeste satis patet. Clarissimorum Virorum, Vesalii, Casserii Placentini, Bartholini & Laurentii figuræ hac in materia mihi nullo modo satisfacere possunt : siquidem omninò à recta delineationis via discessisse, mihi videntur : Nec magis mihi quoque arridet illa delineatio, quam in Tabula vigefima tertia Professoris Bidloi deprehendo, in qua Aortæ Trunci cum ramis subclaviis crucem quasi referunt : Tale quid neque in præparatis Tuis, neque ullis in cadaveribus, me presente, à Te dissectis, me unquam vidisse, fateor; in nonnullis autem bestiis tale quid reperiri posse, haud inficias eo.

Lubens insuper fateor, in nullis Authorum figuris tam

veram

veram perfectamque, Arteriarum per Cordis substantiam distributarum delineationem me antehac nunquam vidisse, quàm in Cadaveribus Tuis, tribus circiter abhine septimanis, ut & in Cordibus humanis à plurimis jam annis Balsamo induratis, quæ, quod certè admiratione dignum, præter colorem naturalem, pulchrè indurata, nullas serè exhibebant rugas, Pulmonibusque haud destituta, naturalem tamen conservarant situm, secus ac in variorum Authorum Tabulis, quorum siguræ Corda, secundum longitudinem corporis posita, exhibent; Tua verò planè obliquam sedem, mucrone nimirum in lævam vergente, retinuerunt, undè rectè addebas, cordis pulsationem non in pectoris medio, sed circa sinistram thoracis partem sentiri.

Non inconcinnum proinde, Cl. Vir, imò utilissimum & omninò necessarium forè existimo, si data occasione, non modò antedictorum cordis Auricularum vasorum, verùm etiàm ipsius Cordis, ut & Arteriæ Magnæ illiusque divisionis, distinctam per siguras excudi curares delineationem, hac enim methodo, studio Anatomico incumbentes, ad perfectam cognitionem pervenire poterunt; Nec dubitare ausim, Vir Clariss: quin petitionem tam justam à Te slagitanti non sis recusaturus, quandoquidem certus sum, Te eruditionem potius promovere, ac in aliis sovere, quàm in Temetipso admirari velle. Vale Vir Clarissime, & me, ut soles, ama.

T. T.

Das. Amftelzdami, 4 Non. Decemb. M. DC XCV. JOH. GAUBIUS.

veram perfectuanque. Arteriarum per Cordis fubilianum difeributarum delineationem me anrehao nunquem tantie, quam in Obdaveribus Ture, tribus circure allanesse manquem

quam in Cordibus humans à plurimis jans annis fialiamo inur & in Cordibus humans à plurimis jans annis fialiamo induratis), que , qued caré admiratione dignum, praner
donnis, que , qued caré admiratione dignum, praner
dant rugas, Palmonibutque haud delettora, naturalem tamen contervarair, ficum, focus ac in variorum Kuthorum
Tabulis, quorum ficure Corda, focundum longitudinem
corporis podia, échibent ; Tua verò piane obliquam fer
dem, imagnone comunum in lavam veryeus, retinuer undem, imagnone comunum in lavam veryeus, retinuer un-

sodd refte coldebas, cores pullatronem mas in pedforfo medio.

fed cicae finitism thoracls partern femin.

et von incominem probade. Cl. Vir. imb 'miliffinium

de connine merelficien fore existino deri occasion

near medical antedictorum cordis a aricalarato valorum, vertimo oriam tothus Cordis, ur Arareta Magnes illiufque diatificados, difficultos excuali curares delineacionem, elacterim methodo, findio a caramieo incumbentes, ad perfectimo cognitorem pervenirequire pervenirequire pervenire cam juffam à Te faction and fit reculatures, quandoquelem cercus fum, Te craditionem por la factione de la distribution de la alia dovere, quam in Temetiplo

JOH GAUBIUS.

### FREDERICI RUYSCHII

# RESPONSIO.

Ad eruditum

# Dum. JOHANNEM GAUBIUM,

Philomedicum, ad Epistolam ejus Anatomicam, Problematicam Tertiam.

FREDREICE RUTSCHIL

REPONSIO.

Ad enditum

# DE JOHANNEM GAUBIUM

Philomedicums ad Iroftolome give Andromicans

# 经产级经产级经产级设产的第一级经产级

## Ornatissime Vir.

4 N ultimis & tertiis ad me datis litteris, video, quòd ultra merita laudibus me exornare coneris, id inposterum parcius, ut fiat, etiam atque etiam rogo: non enim ignoras, uti rectè mones, nihil mihi magis cura cordique esse, quam ut eruditionem promovere, aciniis, qui digni habentur, fovere po-

tius, quàm in me illam admirari, aut tantis, auribus certe

mihi ingratis, evehi velim laudibus.

Interim Cordis Auriculas à me nuper in collegio privato demonstratas, ad incudem hîc à Te revocari, percipio; quæ ne genio suo vitali & pabulo fraudentur, peculiaribus arteriis opus habent, ut fanguis arteriosus requisita ad nutritionems

quantitate ad illas prolaberetur.

Rectè judicas, tale quid à nemine hactenus Anatomicorum fuisse demonstratum ; immò mirandum est , quòd hasce arterias adeò magnas & fatis apparentes haud viderit Professor Bidlous, qui publice gloriatur, se hujus nostræ inventionis, præparandi & conservandi cadavera, gnarum non solummodo, verum etiam jam ante me eam possedisse: Mirari certe subit, quod figuras illarum arteriarum, que hoc nostro artificio facile fese videndas exhibent, non viderit, neque Tabulis suis inseri jusserit. Jure merito mihi filioque meo artificii hujus inventionem attribuo, & si illi ante me innotuit, cur publice, sicut ego feci, illud æstate & quidem diebus canicularibus non demonstravit? Ad artificium hoc requiritur, non solum, ut omnia totius corporis vasa sanguislua, & præsertim arteriosa, nullis,& nequidem illis,quæ per tunicam Officula Auditus investientem sparg untur exceptis, sanguine justa quantitate infarcta, exhibeantur; sed etiam ut ita rigida sint, quò facilè corpore humano eximi possint cum suis ramusculis; Non semel vobis exhibui in collegio privato vasa sanguifera per Lienem, Pulmonem, Hepar, & alias partes distributa, adeò rigida, rubroque colore perfusa, ut non solum rami, verum etiam ramorum ramusculi minutissimi, glandulosa substantia exuti & ex ficcati, conspici potuerint, suntque dicti ramusculi adeò subtiles, ut nunquam tale quid viderim, vel ab aliis audiverim.

Secundò, requiritur in hoc artificio, ut cadavera temporis successu saturatiorem rubedinem præse ferant, Hoc palam est in cadaveribus nostris præteritô annô à me publicè demonstratis, quorum alterum absque pigmento, penicillo, fucove nunc factum est multò venustius ac rubicundiore colore perfusum, ac olim.

Tertiò, postulatur in eo artificio, ut ejus ope in cadaveribus ita præparatis, & post biennium conservatis, variæ quoque particulæ, immò minutissimæ conspiciantur, quæ alias neque in vivo, neque in corpore jamjam denato videri pof-

funt.

Quartò, à contractione rugarum præternaturalium immunia

esse debent cadavera, arte eâ præparata, & conservata.

Quintò, qui gnarus est dicti artificii, noverit etiam Lymphæductus manifestare, idque aliquot post mortem annos, ficuti in collegio privato eos indigitare foleo: & quod magis mirandum, dicti Lymphæductus, Lympha grifea turgidi, colorem ultrà biennium conservarunt, nec est cur dubitem, quin per seculum eundem colorem retenturi sint, modò cadavera, ut soleo, conserventur.

Sexto, cui notum est hoc nostrum artificium, illi quoque aperitur fenestra manifestandi arteriarum extrema, quòd scilicet ea in omnibus corporis partibus haud sint ejusdem constitutionis, neque ubique in corpus reticulare facessant; & quòd per consequens in sanguinis transitu ex arteriis in venas diversitas quædam exsurgat, prout illa in hac vel illa parte

peragitur.

Septimò, ignarus quoque non erit, quid sint Glandulæ conglobatæ, easque neutiquam tales esse nexus, quales dicuntur à Neotericis.

Octavo, noverit quoque, aut saltem facilè perveniet ad notitiam, quòd nonnullarum arteriarum extremitates levi fricatione in simplici aqua sint dissolubiles, recenter quamvis è corpore exemptæ, hasce cum contentis si quis pro parenchymate Antiquorum habere velit, non repugno.

Nonò, ope hujus inventi manifestavi quoque discipulis meis, liquorem, ad humectandos oculos destinatum, & in tenuissimis Palpebrarum vasculis contentum, ita posse condensari & præcipitari, ut post mortem distinctissimè in conspectum pro-

ducatur.

Ejusmodi Cadaveribus Juvenum, ultra biennium conservatis, si ejus Musæum instructum atque ornatum habet, quare hactenus non exposuit demonstranda, ut ego seci præteritis diebus canicularibus?

Artificium hoc nostrum in tenebris hactenus latuisse luce meridiana clarius constat, illudque confirmant variorum Anatomicorum figuræ, quæ parce & frugaliter variis in librorum

locis exhibitæ, conspiciuntur.

Si Deus T. Opt. Max. vitam, valetudinem, ac otium mihi dignabitur largiri, hujus artificii ope plura, Anatomicis hactenus incognita, me in lucem prolaturum spero. Sed ut ad viam, unde digressus sum, redeam: Arteriis Cordis substantiam pervagantibus Coronariarum nomen imposuerunt Authores, idque meritò, quandoquidem trunculis suis ex Aortæ radice, supra valvulas semilunares oriundæ, Cordis basin ambiunt; nemo autem hactenus numerosam earum prolem, & divaricationes, ut distinctè sese videndas exhibeant, perfectè delineavit (vide Tab: tertiæ sig. 1.) multò minus arterias, per Cordis Auriculas innumeris ramulis superbientes; Hæ autem ab Arteria Coronaria in utroque latere prodeuntes, per Cordis Auriculas quaquaversum disseminantur, dicunturque à me Cordis Arteriæ Auriculares, quarum usus est sanguinis arteriosi debitam quantitatem auriculis largiri ad nutritionem & calesactionem.

B 2

Supradictæ Arteriæ Coronariæ per cordis substantiam disseminatæ non solum Cordi, ut & ejus auriculis sanguinem impertiunt arteriosum, verum etiam Tunicis radicis Trunci Aortæ, id quod ab aliis quoque nondum vidi observatum, neque delineatum, vid. Tab. 3. sig. 1. Lit. D. quam ut accurate repræsentarem, haud solum ipsemet delineavi, verum etiam auxiliares manus sculptori adhibui, sicuti quoque seci in præcedente Tabula 2. jn qua Arteriarum ramusculi minutissimi repræsentantur.

Quòad divisionem Aortæ in Truncum ascendentem & descendentem, quemadmodum à Clar: Professore Bidloo in Tab. vigesima tertia repræsentatur, eò pactô me nunquam in corpore humano Aortæ constitutionem vidisse, neque in præparatis meis extare, rectè notasti; multò minus memini, me unquam observasse in corpore humano Arterias Subclavias pari passu & æquali ferè capacitate aut diametro emergere, idque è regione sicuti in dicti Professoris Bidloi Tabulis repræsentatur; Præterea illud neutiquam convenire, cum sigura ab

oculatissimo Louwero in lucem prodita, palam est.

Arteriæ Magnæ, seu Aortæ, truncus è sinistro cordis sinu prodiens, sursum quidem vergit, statim verò arcuatus deorsum reslectitur, nomenque mutans, dicitur Truncus Aortæ descendens; in ea incurvatione, Aorta ramos aliquot largitur partibus supra Cor sitis, & præsertim Subclavios Carotidesque, & quod notandum in dextro latere utplurimum, si non semper, arteria carotis & subclavia sibi invicem aliquanto spatio ad exortum in unum coalitæ sunt, secus ac in latere sinistro, ubi seorsum ex Aorta utplurimum prodeunt, quemadmodum Tabulæ tertiæ sigura secunda indigitat.

Ita ut Aorta propriè in duos Truncos à natura haud sit divisa, unus enim idemque est Truncus ascendens & descendens: Siquis tamen hanc Aortam, quatenus ascendit, ascendentem, & quatenus descendit, descendentem nominare velit, non renuo; neutiquam verò eam in duas partes ità separatam atque divisam offendi in homine, ut altera pars ascendat, altera descendat, quemadmodum in siguris variorum

13

authorum repræsentatur; Hisce benè consideratis, constabit partes supra Cor sitas, non magis ditatas esse arteriis oriundis è ramo ascendente quam descendente, nam inter ascensum & descensum largitur Aorta, ut dixi, arrerias subclavias & carotides, vide tabulæ tertiæ sig. 2.


Hisce petitioni Tux me satis secisse reor, & sic sinem, ob temporis penuriam, imponere cogor; maneo interim Or: Vir

toto pectore.

Totus Tuna

#### FREDERICUS RUYSCHIUS.

Dab. Am fielodami, 10 Decemb. 2695.



TABULA hæc tertia tres exhibet Figuras, quarum prima radicem Aortæ cum suis ramificationibus per Cordis humani substantiam, ejusque Auriculas, nec non per Tunicas Aortæ disseminatis, continet.

Secunda autem demonstrat Cor Pueri cum annexis vasorum Truncis; estque hæc figura facta ad objectum à biennio denatum & tam nitide præparatum atque induratum, ut omnia ferè vasa arteriosa cum suis ramificationibus, quæ supra Cordis dorsum exspatiantur, conspici

Tertia demum Aortæ Truncum, cum abscissis ramis, idque è corpore hominis adulti, indigitat.

#### FIGURÆ PRIMÆ EXPLANATIO.

A. Radix Trunci Aortæ, è cujus utroque latere emergunt, Arteriæ Coronariæ BB.

C. C. Arteriæ per Cordis Auriculas

excurrentes.

D. Ramusculi arteriosi ex Arteria Coronaria oriundi, & per tunicas radicis Aortæ disseminati.

E. E. E. Arteriæ numerosissima prole per Cordis substantiam disperfæ.

F.F. Trunci Arteriarum coronariarum abscissi, ac pro Cordis postica parte destinati.

#### FIGURÆ SECUNDÆ INDIGITATIO.

A. Cor Pueri, decem circiter an- H. H. Utraque Arteria Carotis. norum.

B. B. Arteriæ per cordis substantiam disseminatæ.

C. Auricula cordis dextra.

D. Truncus Aortæ, è finistro Cordis sinu emergens, & assurgens.

E. Truncus Aortæ descendens.

F. Arteria Subclavia dextra, Carotidi dextræ aliquantô spatiô unita.

G. Arteria subclavia finistra, Arte- O. Radix arteriæ Pulmonalis, è riæ Cervicali copulata, estque hæc præcedente diametro minor.

I. Arteria Cervicalis finistra.

K. Arteriolæ ex Arteria Coronaria oriundæ tunicis radicis Aortæ prospicientes.

L. Truncus venæ Cavæ ascendens. M. Truucus venæ Cavæ descen

dens.

N. Arteriæ per Cordis auriculam dextram distributæ, atque ex Arteria Coronaria oriundæ,

dextro Cordis Thalamo pro-

diens.

P.P.

P.P. Arteriolæ ab arteriis mammariis internis ortæ, & per tunicas Aortæ distributæ.

Notandum interim omnes dictas ar-

terias productiores esse, quam hic repræsentantur; sunt enim abscissæ, ità ut tantum corum exortus hic indigitetur.

#### FIGURE TERTIE EXPLICATIO

B. Arteriæ Subclaviæ dextræ ra- E. Arteria subclavia finistra. emergit. Lit. C. notata.

A. Truncus Aortæ hominis adulti. D. Arteria Carotis lateris sinistri.

mus, èquo arteria carotis dextra F. Rami arteriofi ex arteria coronaria orti.